

†

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA.

Esta publicacion oficial, que solo se hace para las Iglesias y Párrocos de la Diócesis, saldrá dos veces al mes en los días que el Prelado dispusiere. Las reclamaciones se dirigirán á la Secretaria de Cámara del Obispado.

CONVENTIO

Inter Sanctissimum Dominum Pium IX, Summum Pontificem, et Majestatem Suam Elisabeth II, Hispaniarum Reginam Catholicam.

(CONTINUATIO.)

Art. 20. Sede vacante, Metropolitanæ vel suffraganeæ Ecclesiæ Capitulum infra tempus præfinitum, et ad normam eorum, quæ a Sacro Concilio Tridentino in rem decreta sunt, unum tantum Vicarium eliget, in quem tota ejus ordinaria potestas transferetur, quavis ex parte Capituli ipsius reservatione aut limitatione penitus exclusa, et quin electio semel facta revocari, neque ad novam procedi possit; abolitis hinc omnino quocumque privilegio, usu, vel consuetudine administrandi in corpore, plures Vicarios constituendi, aut quolibet alio quod utcumque Sacrorum Canonum sanctionibus adversetur.

Art. 21. Præter Collegium Cappellanorum Regio Sacello inservientium, conservabuntur:

1. Quæ in Toletana Ecclesia Regum, et Mozarabum, in Hispalensi Sancti Ferdinandi, et in Granatensi Regum Catholicorum nuncupantur.

2. Collegiatæ in Urbe Provinciæ princeps, ubi Episcopalis Sedes minime existat.

3. Collegiatæ patronatus particularis, quarum patroni onus in se recipiant supplendi differentiae sumptuum, qui ad Collegiatæ, præ simplicis Parochialis sustentationem et decus, necessarii fuerint.

4. Collegiatæ Sanctuarii in Ausenio Monte, Roscidæ Vallis, Sancti Isidori in Civitate Legionensi, sacri Montis Granatæ, Sancti Ildephonsi, Compluti, et Cæsariani.

5. Illæ ex Cathedralibus Ecclesiis, quæ, ut in hac Conventione præstitutum est, aliis sunt conjungendæ, tamquam Collegiatæ conservabuntur.

Reliquæ omnes Collegiatæ, cujuscumque originis, antiquitatis, et foundationis sint, dummodo locorum circumstantiæ haudquaquam impediunt, ad simplices Parochiales rediguntur; cum eo tamen Beneficiatorum numero, qui præter Parochum, tum ad parochialis ministerii exercitium, tum etiam ad divini cultus splendorem, necessarius videatur.

Horum tamen Collegiorum conservatio ita quidem intelligenda erit, ut ea Prælati Diœcesanis, in quorum territorio existunt, omnimode subjiciantur; derogando propterea cuilibet exemptioni, et jurisdictioni *vere aut quasi nullius*, quæ nativam Ordinarii vel minimum limitet.

Collegiatis Ecclesiis Parochia adjecta semper erit, et titulo Parochiæ majoris distinguetur, ubi alia vel aliæ erectæ habeantur.

Art. 22. Uniuscujusque Collegiatæ Capitulum constabit ex Abbate Præsidente, cui animarum cura incumbet; quin præterea alia auctoritate ac jurisdic-

etione potiatur, quam ea, quæ directivam et œconomicam Ecclesiæ ac Capituli administrationem respicit: insuper duobus Canonicis *de officio*, Magistrali nempe et Doctorali, et octo Canonicis *de gracia*. Erunt etiam in singulis Collegiatis Ecclesiis sex Beneficiati, seu Cappellani adsistentes.

Art. 23. Quæ in superioribus articulis circa Præbendarum, ac Beneficiorum et Cappellaniarum provisionem et Capitulorum regimen in Ecclesiis Cathedralibus statuta sunt, etiam in Collegiatis plene atque in omnibus vigeant, ac observabuntur.

Art. 24. Ut ubique locorum in Regno cultui religioso, et spiritualibus fidelium necessitatibus integre ac debita sollicitudine satisfiat, Archiepiscopi et Episcopi in suis quisque Diœcesibus, ad novam Parochiarum ordinationem et circumscriptionem absque mora deveniant; habita ratione ad extensionem et naturam territorii, ac populi, cæterasque locales circumstantias, auditis etiam ad hoc Capitulis Cathedralibus, propriis regionum Archipræsbyteris, et Tribunalium ecclesiasticorum Fiscalibus, atque omnibus demum, quantum in ipsis est, curis adhibitis, ut res, quam primum fieri possit, perfecta haberi, et Majestatis Sux Gubernio prævie accedente, ad effectum perducere valeat.

Art. 25. Nullum Capitulum, aut Collegium ecclesiasticum adnexam habere poterit curam animarum: adeoque Beneficia Curata et Vicariæ perpetuæ, quæ antea *pleno jure* alicui Collegio conjuncta erant, deinceps juri communi omnimode subjicientur. Coadjutores et cæteri Parochiarum administri, cunctique clerici sacris ruralibus Ædiculis, Sanctuariis, Oratoriis, Sacellis publicis, vel Ecclesiis non Parochialibus inservientes, per proprium uniuscujusque territorii Parochum dirigentur, eique in omnibus subiacebunt.

quæ ad cultum et religiosas functiones referuntur.

Art. 26. Parochiis omnibus, absque ullo prorsus ad loca, classes et vacationis tempus respectu, providebitur publico indicto concursu, servata norma à Sacro Concilio Tridentino præscripta, efformatisque per Ordinarios ternionibus ex concurrentibus adprobatis, qui ad Majestatem Suam deferentur, ut inter propositos nominare queat.

Cessabit idcirco patrimonialitatis ut dicitur, et exclusionis, seu prælationis privilegium, quo ad Parochias, aliaque Beneficia assequenda, nonnullis in partibus patrimoniales fruebantur. Parochiis ecclesiastici patronatus providebitur nominante patrono inter tres, quos, enunciata superius forma, Episcopi proposuerint: iis vero quæ patronatus laicalis sunt, nominante item patrono inter eos, qui in publico propriæ Diocesis concursu adprobatos se fuisse doceant, præfixo ad hoc non valentibus quatuor mensium spatio, ut adprobationem prædicto modo assecutos esse demostrent, ac salvo semper Ordinarii jure præsentatum a patrono examinandi, siquidem ita conveniens censuerit.

Parochiarum Coadjutores ab Ordinariis, prævio Synodali examine, nominabuntur.

Art. 27. Opportuna consuletur ratione, ut quoad fieri possit, in nova hac rerum ecclesiarum ordinatione nequidquam præjudicetur juribus actu possidentium quascumque Præbendas, Beneficia, aut Officia, quæ ejusdem ordinationis causa supprimenda sint.

Art. 28. Regiæ Majestatis Catholicæ Gubernium, firmo alioquin proposito opportune, et quo citius circumstantiæ id sinant, reque prius cum Apostolica Sede concordata, Seminaria generalia instituendi, in quibus latiori, ut par est, modo ecclesiastica studia ex-

colantur: provide pro sui parte curabit, ut Seminaria Conciliaria in Diœcesibus, ubi nunc desunt, sine mora erigantur, quo nempe in posterum nulla in Hispanica ditione Ecclesia sit, quæ unum saltem Seminarium sui Cleri educationi sufficiens non habeat. In Seminariis admittentur, atque ad normam Sacri Concilii Tridentini informabuntur, ac instituentur adolescentes, quos Archiepiscopi et Episcopi, pro Diœcesium necessitate vel utilitate, in eadem recipiendos judicaverint. In omnibus vero quæ ad Seminariorum regimen, doctrinam, bonorumque administrationem pertinent, Tridentini ipsius Concilii Decreta servabuntur.

Si novæ Diœcesium circumscriptionis causa duo Seminaria in aliquibus supersint, alterum in principe Episcopatus Civitate, alterum in Diœcesi adgreganda, utrumque conservabitur, quamdiu Regio Gubernio, atque Episcopis id unanimi consensu utile videatur.

Art. 29. Eum in finem ut in universa Península adsint sufficienti numero Ministri, atque Operarii evangelici, quibus uti valeant Episcopi ad sacras Missiones pro variis suarum Diœcesium locis, ad Parochorum subsidium, ad ægrotantium opem, atque ad alia charitatis, et publicæ utilitatis opera; Regium Gubernium, cui mens est meliori conditioni Collegiorum, quæ ad Missiones pro ultramarina ditione instituta sunt, opportune prospicere, nulla interposita mora, reque prius cum Prælati Diœcesanis collata efficiet, ut ubi necesse sit, constituentur Domus, et Congregationes religiosæ Sancti Vincentii a Paulo, Sancti Philippi Nerii, atque alterius Regularis Ordinis ex adprobatis per Apostolicam Sedem, quæ simul ecclesiasticis viris ad se recolligendum, his, aliisque ad spiritualia exercitia peragenda, cæterisque id genus piis usibus inservient.

Art. 50. Ut præsto etiam sint religiosæ Domus, ubi mulieres, id Deo inspirante cupientes, vacare queant vitæ contemplativæ, et activæ, ad assistendi nimirum ægrotis, puellas instituendi, aliisque operibus æque piis ac populo proficuis attendendi; Institutum filiarum quæ a Charitate nuncupantur, sub directione Clericorum Sancti Vincentii a Paulo conservabitur, Regio Gubernio ad ejus incrementum cooperaturo.

Conservabuntur item Religiosæ mulierum Domus, quæ contemplationi puellarum educationem et institutionem, aliaque charitatis opera conjungent.

Quod ad reliqua Sanctimonialium Instituta, Ordinarii Præsules, ad omnes suarum Diœcesium circumstantias respicientes, illas Religiosas mulierum Domus proponent, in quibus novitiarum admissionem ac professionem expedire censeant, pariterque instructionis, et charitatis exercitia, quæ iisdem convenire dijudicent.

Nemini ad religiosam professionem aditus patebit, nisi prius ejus sustentationi debita forma provisum sit.

Art. 51. Reditus annuus cuique Archiepiscoporum in dotem adsignatus, erit ut sequitur:

Toletano, centum sexaginta millia argenteorum, vulgo reales de vellon.

Hispalensi, et Valentino, centum quinquaginta millium.

Compostellano, et Granatensi, centum quadraginta millium.

Burgensi, Cæsaraugustano, Tarraconensi, et Valisolitano, centum triginta millium.

Annus vero reditus singulis Episcopis attributus erit, Barcinonensi, et Matritensi, centum decem millium argenteorum ut supra.

Gaditano, Carthaginensi, Cordubensi, et Malacitano, centum millium.

Almeriensi, Abulensi, Pacensi, Canariensi, Conchensi, Gerundensi, Oscensi, Gienensi, Legionensi, Illerdensi, Lucensi, Majoricensi, Auriensi, Ovetensi, Palentino, Pampilonensi, Salmanticensi, Santandieriensi, Segoviensi, Terulensi, et Zamorensi, nonaginta millium.

Asturicensi, Calaguritano, Cluniensi, Cauriensi, Guadicensi, Jacensi, Minoricensi, Mindoniensi, Oriolensi, Oxomiensi, Placentino, Segobricensi, Seguntino, Tirasonensi, Derthusensi, Tudensi, Urgellensi, Vicensi, et Victoriensi, octoginta millium.

Titulari Indiarum Patriarchæ, quando Archiepiscopatum, aut Episcopatum proprium non habeat, centum quinquaginta millium, deducta ex hac quavis alia quantitate, quam ecclesiasticæ pensionis, vel altero quocumque titulo a publico ærario percipiat.

Antistites qui Cardinalatus honore aucti sint, viginti millia argenteorum supra adsignatam sibi dotem obtinebunt.

Episcopis Auxiliaribus Septensi, et Nivariensi, itemque Priori Ordinum Militarium, annuus quadraginta millium argenteorum redditus attribuetur.

Hujusmodi redditus nullam prorsus deductionem patientur, neque ob sumptus Bullarum, quos Gubernium in se recipiet, neque ob alios, qui in Hispania pro iis occurrerint.

Gaudebunt insuper Archiepiscopi et Episcopi suis palatiis, pomariis, hortis aut ædibus, quæ in qualibet Diœcesis parte ipsorum usui ac solatio destinatæ, et minime alienatæ fuerint.

Viginti derogatur legislationi, quæ spolia Archiepiscoporum et Episcoporum respicit: his proinde fas erit libere, prout sua cuique conscientia suggeret, de illis disponere quæ mortis tempore reliquerint; legitimis hæredibus ab intestato successuris, eodem

conscientiæ onere gravatis. Utroque tamen in casu excipiuntur ornamenta et vestes pontificales, quæ Mitræ propria censebuntur, et ad successores in illam transibunt.

Art. 52. Primæ post Pontificalem Sedi in Tole-
tana Ecclesia annuus viginti quatuor millium argen-
torum redditus adsignatur: cæteris in aliis Metro-
politans viginti millium: in suffraganeis decem et octo
millium: in Collegiatis quindecim millium.

Dignitates et Canonici *de officio* in singulis Metro-
politans annuo reditu fruuntur decem et sex millium
argenteorum: in suffraganeis quatuordecim millium;
et Canonici *de officio* in Collegiatis octo millium.

Canonici reliqui quatuordecim millia argenteorum in
Ecclesiis Metropolitanis: duodecim millia in Suffra-
ganeis; et sex millia ac sexcenta in Collegiatis obti-
nebunt.

Beneficiatis seu Cappellans adsistentibus annuus
reditus adsignatur octo millium argenteorum in Metro-
politans: sex millium in Suffraganeis; et trium mil-
lium in Collegiatis.

Art. 53. Pro Parochis in urbanis Parœciis an-
nuus redditus intra tria, et decem millia argenteorum
constituitur: in ruralibus vero minimum redditus duo
millia et biscentum attinget.

Coadjutores et Œconomi intra duo et quatuor mil-
lia argenteorum obtinebunt.

Præterea tum Parochi proprii, tum Coadjutores,
fruuntur ædibus eorum habitationi addictis, nec non
hortis seu possessionibus, quæ venditæ minime fue-
rint, et vulgari nomine *Iglesarios*, *Mansos*, vel alio
appellari consueverunt.

Itemque Parochi proprii, et sui Coadjutores, ex
juribus stolæ et oblationibus vulgo *pié de altar*, par-
tem cuique respondentem percipient.

Art. 34. Ad sumptus divini cultus explendos, Ecclesiae Metropolitanæ intra nonaginta et centum quadraginta millia: Suffraganeæ intra septuaginta et nonaginta; ac Collegiatæ intra viginti ac triginta millia argenteorum annuatim habebunt. Pro iis vero qui administrationis et sacræ visitationis causa extraordinarie requiruntur, singulis Metropolitanis intra viginti et triginta, et Suffraganeis intra sexdecim et viginti millia argenteorum annua vice conferentur.

Ad cultum in Parœciis, præter casualia emolumenta, aliaque pro nonnullis functionibus in Diœcesanis taxis præfixa, vel præfigenda, annua summa mille argenteis numquam inferior unicuique Ecclesiae assignabitur.

Art. 35. Seminariis Conciliaribus, juxta necessitatem et circumstantiarum varietatem, intra nonaginta et centum viginti millia argenteorum quotannis attribuentur.

Regium Gubernium sustentationi Domorum et Religiosarum Familiarum, de quibus in articulo vigesimo nono mentio fit, aptiori, qua par erit, ratione prospiciet.

Quod ad Cœnobia Sanctimonialium sustentanda refertur, quæ articulo trigessimò statuta sunt, servabuntur.

Iisdem præterea, eorumque loco Ordinariis Præsulibus, in quorum territorio dicta Cœnobia existant, vel ante nuperrimas Hispaniæ vicissitudines extiterint, statim et sine mora restituentur bona ad illa pertinentia, quæ in Gubernii potestate adhuc manent, et alienata nequaquam fuerunt. Verum Sanctitas Sua, perpensis præsentis ipsorum bonorum conditione, aliisque peculiaribus causis, quo ipsorum reditu ad cultus, cæterasque communes impensas majori æqualitate attendi queat, permittit ac statuit ut Prælati ad hujus-

modi bonorum venditionem, nomine Religiosarum familiarum quibus illorum proprietates competunt, immediate et sine mora deveniant. Venditiones ad hanc publicam, servata forma canonica, et nominata per Regium Gubernium persona interveniente, perficientur; et quicquid ex iis redibit, in eos redditus convertetur super Regni debito fundatos, qui vulgo audiunt *inscripciones intransferibles del tres por ciento*. Eorum porro sors, et fructus inter memorata Cænobicia, pro singulorum necessitate, et circumstantiis distribuentur, ad faciendum satis enunciatis sumptibus, pariterque pensionibus pro religiosis, quæ ad ipsarum perceptionem jus habeant: firma Gubernii obligatione subministrandi, ut hactenus, quod necesse sit ad plenam earundem pensionum solutionem, quamdiu participes vita fruuntur.

Art. 56. Quæ in superioribus articulis statuta est Cultui, ac Clero reddituum assignatio, ita quidem intelligetur, ut cum per circumstantias liceat, augeri possit. Nihilominus si quibusdam in casibus, ob peculiarem causam aliqua ex adsignationibus articulo trigessimis quarto præstitutis impar dignoscatur, Regium Gubernium, ut conveniens fuerit, rei providebit.

Pari modo, quæ sumptibus ad reparanda templa, aliaque ædificia cultui addicta necessaria fuerint, supeditabit.

Art. 57. Rata pars reddituum cuilibet Mensæ Episcopali pro tempore vacationis debita, deductis tum emolumentis, quæ respondeant Economo per Capitulum ipso actu electionis Vicarii Capitularis deputando, tum sumptibus ad urgentem Episcopalis palatii restorationem requisitis, inter Seminarium Conciliare et futurum Prælatum æqualiter dividetur.

Simili ratione ex redditibus, qui, perdurante vacatione Dignitatum, Canoniatuum, Parochiarum, et

Beneficiorum in singulis Diœcesibus, maturi fiant, substractis uniuscujusque oneribus, cumulus seu fundus efformabitur Ordinarii dispositioni reservatus, unde extraordinariis et minimè prævisis Ecclesiarum ac Cleri sumptibus, nec non urgentibus gravibusque Diœcesis necessitatibus occurratur. Eundem in finem hujusmodi fundus seu cumulus augebitur etiam ex summa respondente duodecimæ parti annui cujusque redditus, quam semel infra annum recens ad Prebendas, Parochias, aliaque Beneficia nominati conferre debebunt, cæssanda propterea qualibet alia deductione, quovis titulo, usu, statuto aut privilegio antea fieri solita.

Art. 58. Fundi, quibus assignatæ Cultui et Clero doti satisfiat, erunt:

1. Proventus bonorum stabilium, quæ per legem die 5 Aprilis 1845 latam Clero ipsi restituta sunt.

2. Proventus Cruciatæ.

3. Proventus bonorum pridem spectantium ad Commendas, et Magistratus quatuor Ordinum Militarium, vacantes et vacaturos.

4. Impositio super urbana, rustica et pecuaria proprietate, ea rata, quæ ad prædictæ dotis complementum necessaria sit, ratione habita proventuum de quibus in 1.º, 2.º et 3.º paragrapho mentio fit, aliorumque reddituum, qui deinceps, prævio Sanctæ Sedis assensu, in id ipsum assignentur.

Clerus hujusmodi impositionem exiget, sive fructus, sive speciem, sive numeratam pecuniam percipiendo, juxta conventiones quas præcedenter cum Provinciis, Populis, Parochiis, aut privatis personis inire poterit, et quoties necesse sit, publici Magistratus ei ad ipsam impositionem exigendam auxilio erunt, adhibitis ad id mediis, quæ pro vectigalium exactione præscripta habentur.

Præterea bona omnia ecclesiastica , præcitata anni 1845 lege haudquaquam comprehensa , et nondum alienata , Ecclesiæ statim et sine mora restituentur , iis , quæ ex spectantibus ad virorum Cœnobia adhuc remanent , minime exclusis. Inspecitis tamen præsentis utrorumque bonorum conditione , ac proinde evidenti Ecclesiæ utilitate , Sanctitas Sua permittit ac statuit , ut constitutum ex iis pretium statim et sine mora commutetur cum redditibus super Regni debito fundatis vulgo *inscripciones intransferibles del 3 por 100*; servatis omnino forma ac regulis , quæ de venditione bonorum ad Sanctimonialium Familias pertinentium articulo trigessimis quinto præfixæ sunt. In iis exequendis , quæ hoc articulo statuuntur , omnia prædicta bona pro suo justo valore , et quibuscumque oneribus deductis , imputanda erunt.

(Prosequetur.)

CASO MORAL PARA LA CONFERENCIA DE JULIO.

Qué es conciencia probable y mas probable , segura y mas segura? En concurrencia de dos opiniones una menos probable que favorece la libertad y otra mas probable que favorece á la ley ¿cuál deberá seguirse? A cuál se ha de dar la preferencia , cuando ambas sean igualmente probables? Si la mas probable favorece la libertad y la menos [probable á la ley ¿podremos seguir la primera?

El Confesor que tiene conciencia mas probable de la ilicitud de una accion ¿cómo ha de proceder con el penitente que no se crée culpable porque ha formado conciencia tan solo probable de que aquella es lícita y permitida?


En Salamanca se celebrará la conferencia de dichos dias el dia 2 , en el lugar y hora acostumbrados.

DEPOSITARIA CENTRAL

de los fondos para la reparacion de la Iglesia y traslacion de la Imágen de Nuestra Señora de la Peña de Francia.

	Rs. vn.
Suma anterior.	4675
D. José de Colsa.	120
D. Manuel Fernandez Porto, Párroco de Aldeadávila.	640
D. José María Carasa, vecino de Madrid.	150
Gerónima Montojo.	1
D. Domingo Delgado.	19
	2605

Salamanca y Junio 2 de 1857.—Joaquin Yañez.

—————

AVISOS.

1.º Los Párrocos de las Iglesias de Parada de Rubiales, Encinas de Abajo, Amatos, Villorueta, Aldealengua y Santa Eulalia de esta Ciudad procurarán enterarse por sí ó por medio de otro del estado en que se halla el despacho de sus cuentas de fábrica, para evacuar algunas diligencias de que está pendiente aquel.

2.º Conforme á la circular número 49 han debido traer á esta Secretaría las Aras de los Altares, y aun no lo han verificado los Párrocos ó encargados de las Iglesias siguientes: en el Arciprestazgo de Alba, Amatos y Religiosas Carmelitas, Benedictinas y de Santa Isabel de dicha villa de Alba. En el de Cantalpino, Revilla y Zorita de la Frontera, y en el de Peñaranda, Villar de Gallimazo. Se previene á todos que cumplan con aquella disposicion, y respecto de las Religiosas citadas, los Párrocos respectivos lo harán entender á los Capellanes de las mismas.

3.º Como está anunciado el 16 del presente mes hay sala Sinodal para licencias, y con igual objeto la habrá el 16 del próximo Julio. El Eclesiástico que

haya de obtenerlas presentará con una solicitud en esta Secretaría hasta el 15 del corriente las que estuviere usando, y el siguiente 16, á las diez de la mañana, concurrirá para ser examinado. Asimismo al que se le concluyan sus licencias despues del 16 del presente y antes del 16 de Julio, se presentará igualmente á la Sala del mes actual, pues de no verificarlo quedará sin ellas desde el dia en que espire la próroga que ahora disfruta.

4.º Los Sacerdotes que gusten aplicar Misas por la intencion del Colector general, pueden presentar en esta Secretaría un recibo por 120 rs., limosna de 20 Misas rezadas, que han de celebrar dentro de un mes lo mas tarde de como las reciban. Y segun el anuncio publicado en el Boletin número 8 de este año, en dichos recibos se ha de espresar la fecha del último que fué satisfecho al interesado, sin cuyo requisito no le será pagado.

5.º Están definitivamente despachadas las cuentas de Fábrica de las Iglesias á continuacion espresadas; y se encarga á los Párrocos y demas interesados en ellas, que las manden recoger sin demora, para enterarse á tiempo de las prescripciones que cada auto contiene.

Tremedal.	Barbadillo.
Vitigudino.	Sto Tomé de Rozados.
Los Santos.	Valero.
Cilleros de la Bastida.	San Cristóbal de la Cuesta.
Miranda del Castañar.	Santibañez.
Escuernavacas.	Santa María de Ledesma.
San Esteban de la Sierra.	Porqueriza.
Mozarbes.	La-Rodrigo.
Huerta.	Santa Marta.
Garcihernandéz.	Gejuelo.
Villoria.	Malpartida.
Valdunciel.	Tornadizos.
Villarmayor.	San Blas de esta Ciudad.

San Mateo de id.	Valdecarros.
San Boal de id.	Calvarrasa de arriba.
Sto. Tomás Apóstol de id.	Horcajo medianero.
Peraléjos de Solís.	Ciperez.
Revilla.	Sando.
Linares.	Castellanos de Moriscos.
Pedrosillo de Alba.	San Julian de Salamanca.
Vilvestre.	Cilleros el hondo.
San Miguel de Valero.	Castroverde.
Castellanos de Villiquera.	Nava de Sotroval.
Siete Iglesias.	Canillas de abajo.
Masueco.	La Orbada.
Zarza de Pumareda.	Ventosa.
El Groó y Puertas.	Forfoleda.
Chagarcia.	Cantalpino.
Íñigo.	Cantalapiedra.
Villaflores.	Pajares.
Gajates.	San Pedro de Rozados.
La Boveda.	Moriscos.
Cepeda.	

Salamanca 2 de Junio de 1857.—*Dr. Avila*, Canonigo Secretario.

CULTOS EN ESTA CIUDAD.

El dia 4 se dió principio á la Novena en honor de San Antonio de Padua, en la Parroquial de San Beito. Todos los dias á las 7 de la mañana se cantará Misa y á la misma hora por las tardes se rezará el Santo Rosario y seguirá la lectura de la Novena, concluyendo con los Gozós cantados.

Dia 7, Domingo de la Santísima Trinidad. Por la mañana en la Catedral, predicará el Presbítero Don Manuel Hernandez, Párroco de San Millán.

En la Capilla de la Trinidad funcion principal de la Novena á su titular: Misa solemne á las 10 con Sermon, y manifiesto todo el dia.

Como primer Domingo de mes los Cofrades del Santísimo Rosario harán por la tarde en la Iglesia de Santo Domingo, los ejercicios de su instituto, terminándolos con procesion.

Dia 11. Fiesta del Santísimo Corpus Christi; á las 9 de la mañana procesion general, que sale de esta Santa Basilica Catedral y en la misma se dá principio á la solemne Octava del Santísimo Sacramento.

Dia 13. En la Parroquia de S. Benito funcion principal de la Novena á San Antonio de Padua; Misa solemne á las 10 con manifiesto y Sermon que dirá el Presbitero D. Cárlos Coronado, Parroco de dicha Iglesia.

Dia 14. Dominica segunda despues de Pentecostés. La Congregacion de Jesus Redentor hará por la tarde en su Capilla los ejercicios del Escapulario con manifiesto.

Dia 18, Octava del Corpus. En la Catedral predicará por la mañana el Sr. Dr. D. Francisco Jimenez, Canónigo Magistral; y por la tarde procesion con S. D. M. por últimas naves y atrio de la Sta. Iglesia.

JUBILEO CIRCULAR DE LAS 40 HORAS,

en la 2.^a quincena de Junio.

Dias 18, 19 y 20 Parroquia de S. Juan de Encinasola, costeado por los feligreses.

21, 22 y 23 Parroquia de Sancti-Spiritus de Salamanca, por el Ecónomo y feligreses.

24, 25 y 26 Parroquia de San Pedro de la Peña, por el Párroco y feligreses.

27, 28 y 29 Parroquia de San Pedro de Alba, por los feligreses.

30, Julio 1 y 2 Parroquia de la Visitacion de Ntra. Señora, de Carrascal del Obispo, por el Párroco y feligreses.

IMPRENTA DE D. TELESFORO OLIVA.